



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

XXV. Markgraf Ludwig verleiht den Vettern Helmold und Johann Craceke Hebungen und Dienste aus dem Dorfe Wendisch-Böddenstedt, am 15. Jan. 1345.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

**XXII.** Markgraf Ludwig verleiht dem Ritter Thilo von Royze das oberste Gericht mit der Bede zu Ungelingen, am 2. Jan. 1345.

Dominus contulit Thiloni de Royze militi supremum iudicium cum precaria ville vngelingen. In cuius Testes wolstein, Swyker, hufener, hele, pincerna, altman, helbe cum ceteris. Datum anno predicto (M.CCC.XLV.) dominica in crastino circumcissionis Domini.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CL.

**XXIII.** Markgraf Ludwig verleiht das Dorf Struekow, am 4. Jan. 1345.

Dominus contulit villam Struekow et quosdam alios redditus que forma tota si necesse fuerit inuenitur in alio quaternio Testes ut proxime supra. Datum loco anno ut proxime supra (perleberg anno M.CCC.XLV. feria III. post circumcissionem domini.)

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLII.

**XXIV.** Markgraf Ludwig bestätigt dem Nicolaus Haken eine Wiese beim Dorfe Klein-Schwarzelosen, am 15. Jan. 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Contulimus etc. Strenuo viro nicolao haken, fideli nostro dilecto suisque etc., pratum circa parvam villam swartzelosen situm, a magnifico principe duce Ottone brunswicensi bone recordationis olim comparatum, sub modis iuribus et distinctionibus debitis et probabilibus, quibus ab eodem duce hactenus id ipsum pratum tenuit et possedit, a nobis in antea perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet quiete et pacifice possidendum: pro qua collatione nobis prenotatus in tribus marcis argenti brandenburgensis integraliter satisfecit. In cuius etc. Testes Datum ut supra (Buch, Swyker, Aluesleuen, Ger. Wolf cum ceteris — Stendal anno M.CCC.XLV.) Sabbato post octavas epyphanie domini.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLXXI.

**XXV.** Markgraf Ludwig verleiht den Vettern Helmold und Johann Craceke Hebungen und Dienste aus dem Dorfe Wendisch-Böddensiedt, am 15. Jan. 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Contulimus et presentibus conferimus helmoldo et Johanni patris dictis Craceken meritorum suorum fidelium nobis exhibitorum et in posterum exhibendorum consideratione ipsorumque veris et legitimis heredibus In villa flauicali Bodenstete tres marcas saltzwedelenium denariorum annuorum reddituum annuatim super festo beati michahelis

deriuandas et vnam vaccam ad duas marcas eorundem denariorum computatam cum equo pheodali et in precaria annuis temporibus VII solidos denariorum brandenburg, II modios filiginis III ordeï et tot auene, cum seruitio curruum et aliis seruitiis debitis et consuetis, prenotata quelibet cum omni iure singulis annis ad quinque frusta dumtaxat se extendentia, iuribus nostris aliis in premissis nobis de iure spectantibus exclusis, sine inquietatione qualibet a nobis perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendos. In cuius etc. testes (Buch, Swyker, Aluesleuen, Ger. Wolf cum ceteris. — Datum Stendal, anno M.CCC.XLV Sabbato post octavas Epyphanie domini).

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLXXXIII.

**XXVI.** Markgraf Ludwig verleiht an Johann von Arnstet eine Wiese beim Dorfe Demker, die in der Tanger ausgerodet ist und Herzog Otto von Braunschweig dem Dorfe zugelegt hat, am 20. Jan. 1345.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. contulimus et presentibus conferimus strenuo viro Johanni de arnstete, fideli nostro dilecto, suisque veris et legitimis heredibus, pratum circa villam Demker situm, ex nemore tanger extirpatum seu eradicatum, per magnificum principem Ottonem ducem Brunswicensem bone recordationis propter ville in bono statu permanente conseruationem appositum eidem ville debitisque distinctionibus probabiliter distinctum et limitatum sub modis, iuribus distinctionibus et vsibus, quibus id ipsum pratum ab eodem duce prenotatus Johannes scientifice hactenus tenuit et possedit, a nobis in antea sine impedimento quolibet perpetuis temporibus possidendum tenendum pariter et habendum, pro qua collatione nobis prenotatus Johannes in XII talentis denariorum integraliter satisfecit. In cuius etc. Testes (Buch, swiker, Geb. de Aluesleuen, Wolf. — Dat. Stendal, anno M.CCC.XLV) feria V die beatorum Fabiani et Sebastiani martirum.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLXXXII.

**XXVII.** Markgraf Ludwig verleiht an Berthold und Christian, Gebrüder Duringhen, Hebrungen aus der Bede zu Cauwelitz unter der Bedingung, daß einer von ihnen zu Roß mit Waffen und Rüstung ihm zu gebührendem Dienste bereit sei, am 16. Jan. 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Contulimus etc. Strennuis viris Bertoldo et Cristiano fratribus dictis Duringhen ipsorumque veris et legitimis heredibus In precaria ville Cauwelitz in denariis et frumento annuis temporibus VII frusta annuorum reddituum facientia, sic vt nobis heredibus et succesforibus nostris de eisdem redditibus vnus eorum vicibus oportunis quocunq; tempore et quodocunq; ab ipsis requisierimus et per officiatos nostros nostri nomine requiri procurabimus, cum dextrario vno et armis suis debitis cum galea decenter expeditis nostris obsequiis fideliter sine contradictione qualibet promptuetur, et presentibus conferimus sine impedimento quolibet perpetuis temporibus quiete ei pacifice possidenda. In cuius etc. testes (Buch, Swyker, Aluesleben, Ger. Wolf cum ceteris) Datum ut supra (Stendal, anno M.CCC.XLV) dominica post octauas Epiphanie.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLXXXVI.